

verale. Super hanc regionem inter Gallos & Hispanos certatum est hactenus: quorum illi castrum ad Majo fluvium extruxerunt, quod hi demoliti sunt.

SINUS MEXICANUS.

Hic sinus, qui etiam mare Gortese appellatur, habet duas quasi portas, per quas aqua inter oras Jucatan & Cuba, rapido cursu influit, & inter punctum Floridæ & Havaua, civitatem, in Insula Cuba sitam.

Hic sinus inter Jucatan & Floridam terram inundat quæ costa novæ Hispaniæ; seu Mexico, unde sinus nomen habet annumeratur; portus nobilior est S. Joann:di Lua, non procul à Vera Croce disitus.

NOVA HISPANIA.

HÆc extenditur à Florida usque ad mare Vermejo, seu di California; ad meridiem Guatimalam tangit & Jucatan.

Ultra Mexicum potens & libera civitas Tesauro est, Ad costam maritimam